



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-660381-p0001-1

DFG

8083.

22

1717, 19

Q. D. B. U
DE
NOMINE. HENRICI
REGIBVS. GALLIAE. INFAVSTO
INDVLTV. PVBLICO
AD. D. XXII. DEC. CI. IO. C. C. XVII
SVB. PRAESIDIO
M. CHRISTIANI. DANIELIS. STENDERI
PVBLICE. DISPVTABIT
GODOFREDVS. CONRADVS. BORGERVS
DRESDENSIS

LIPSIAE
H. L. Q. C

G.D.F. II

DE

MONSIEUR HENRICI

REGIMENT GALLOIS. INTAVATO

INDIALE PARRICO

AD.D.XXII DEC.CIIII C.CXXII

SAR. TRAFELDIO

MCCHRISTIANI. DANIELIS. STINDEMIDI

PARRICO. DIABYATDIT

CODORIDAS. CORRIDAS. BORGERRAS

DRESDENSIS

DISITIVE

H.F.G. G

HEROIBVS

VAK TOGA. ET. SAGO. ILLVSTRBVS
GENEROSISSIMIS. ATQUE. EXCELLENTISSIMIS

D N O M I N I S

DOMINO. JOHANNI. GEORGIO. DE. ZEHMEN

DOMINO. IN. LAVTERBACH

POTENTISSIMO. SARMAT. REGI

ET

SERENISSIMO. SAX. ELECTORI

A. CONSILIIS. INTIMIS

CAMERAE. PRAESIDI. UICARIO

RELIQUA

DOMINO. MEO. UALDE. GRATIOSO

DOMINO
JOHANNI. GEORGIO. DE. PONICKA V
DOMINO. IN. POHLAH. SCHOENBRVNNE
ET. KLEINOPIZZ
POTENTISSIMI. REGIS. POLONIAE
SERENISSIMI. ELECTORIS. SAXONIAE
CONSILIARIO. INTIMO
HAGIO. SYNEDRII. SVPREMLET. APPELLATIONVM
PRAESIDI. EMINENTISSIMO. DEXTERIMO
RELIQUA
DOMINO. MEO. UALDE. GRATIOSO

TARDIVS. PAVLO. LICET
RECENTISSIMA. T AMEN. UETERIS. GRATIAE
M E M O R I A . M A T I U
CVLTV. QUE. MERITORVM. DEUINCTISSIMO /
HAS. QUALES. CVNQUE. AC. LEUES. PAGELLAS
SVBJECTISSIMAE. DEUOTIONIS
M O N I M E N T V M
C A L A M O. M E N T E, Q U E
P O N I T



OMINIS
TAR
LONGAEUAM. COMMODAM. FELICEM
UITAM. SENECTVTEM. DISCESSVM
SVMMA. QUA. POTEST. ANIMI ATTENTIONE
A. DEO. IMMORTALI. PRECATVR
TANTORVM. NOMINVM.
CLIENS. HVMILLIMVS
GODOFREDVS. CONRADVS. BORGERVVS

DE
NOMINE HENRICI
REGIBVS. GALLIAE. INF AVSTO
DISSERTATIO

Tanta est uidelicet immensae DEI prouidentiae profunditas, ut nobis mortali- bus, ad infimum ignorantiae rerum diuinarum gradum deiectis, nihil praeter admirationem, & demissam uenerationem restare deprehendamus. Nemo scilicet unquam sufficienti demonstrare potuit ratione, cur dies quidam quibusdam personis praeceteris fuerint fatales, quale quid in POMPEII M. historia PLINIVS, a.) in TORNACENSIVM fortuna FAM STRADA, b.) in ALEXANDRI M. vita AELIANUS, c.) in CAROLLO M. JEAN D' ESPAGNE, d.) in aliis alij obserua- runt auctores. e.) Miramur omnino, & merito miramur, locos quando relatum legimus, locos deinde aliquos, aliquibus personis exitisle prae coeteris exitiosos. Imperator quippe RVDOLPHVS HABSPVRGICVS adeo sibi cauebat ab Italia, ut nulla ratione adigi potuerit, can- dem uisitandi, saepeque confessus est, multa quidem se uidisse Imperatorum uestigia, qui Italiam intrassent, nulla autem prorsus eorum, qui felici successu redissent. f.) Et quod haec ipsa Italia aliis quoque populis, Gallis praecipue, funesta laepe saepius fuerit, & exitiosa, utque ad eo tumulus Gallorum haud raro soleat uocari, monu- menta testantur historicorum uaria. Imo, nec desunt exempla nomirum, quae distinctis personis, diuerso olim uiuentibus tempore, eandem plane attulisse uidentur for- tunam. Duo uidelicet apud ueteres celeberrimi fuerunt ATTES, quorum alter Arcas, alter uero Syrus erat, uterque

Introitus fi-
stens

Dies fatales.

Locos fata-
les.

Nomina fa-
talia,

que autem eodem modo, morte nimirum cruenta periit. Uterque ACTAEONVM uiolenta ratione ex hac uita pulsus est, prout idem commemorat GEORGIVS LANI. g.) Atque hoc ipsum, de fatalibus nominibus, argumentum, uisum est nobis satis dignum, quo de peculiari dissertatione ageremus. HENRICOS quippe, quotquot Gallia Reges, post HENRICVM I. qui placide obdormiuit anno c. 10 L. X. omnes misere periisse, hac uice demonstrandum dabimus.

- a.) PLIN. L. XXII. c. II. & L. XXXVII. c. II. conf. UELL. PAT. L. II. Hist. c. LIII. b.) FAM. STRADA de Bello Belg. Dec. I. p. m. 210. seqq. c.) AELIAN. V.H. L. II. c. XXV. d.) JEAN. D'ESPAGNE in exemplis dierum fatalium T. II. Opp. f. 83, seqq. e.) Conferri meretur THOM. WALSINGHAM. Hist. Angl. ad Ann. c. 10. c. c. XLVI. & LEONH. WVRFFHAIN. Relat. Hist. Praef. p. 8. f.) Conf. PAVL. AEMILIVM de Rebus gestis Franc. g.) G. LANI Maul. Sax. P. II. Pan. II. p. 227.

Instituti ratio.

Character exprimen-dus.

Parallelis-mus euin-cendus.

II. In quo digne exequendo opere, tria potissimum mihi erunt respicienda momenta. Primo enim in exprimendis characteribus, deinde in euincendo Historiarum parallelismo, ac tertio denique in inspurgendis aliquibus meditationibus, & adiiciendis animaduersiōnibus, occupatus ero. In charactere cuiuscunque, quantum nostro sufficit negotio, satis exprimendo, duo potissimum curabo, altera enim ex parte externam corporis formam, juxta ductum veterum imaginum describam, altera uero internam animi constitutionem delineabo, in quo actiones morales, ceu indices certissimi, me iuuentabunt maxime. In euincendo autem parallelismo historiae ita procedam, ut & ea commemorem, quae cardinali praesentis operae concernunt, & ea adducam, quae singulis eiusdem membris respondere videbuntur.

In ad.

II. INSTITVTI. RATIO.

In adiiciendis demum animaduersionibus, specialibus Animaduersionibus, cautione mihi erit utendum, ne ueritatem lacesciones addere, aut ingenio meo nimium indulgere uidear. Qua ciendae. de causa historicas maxime adspergendas esse annotationes arbitratu sum, & quod maxime nostro instituto conueniant, & in eiusmodi labore maiorem hae praestent usum, quam aliae. Satius enim mihi uidentur illi agere, qui in re tam ardua, adeoque sublimi iudicium suum suspendere malunt, quam meras coniecturas lectori obtrudere. Atque haec quidem praecipua officii mei erit *Eiōyēaōw* ratio, non modo, quod lectu iucunda essent ea, sed etiam officium, ideo, quoniam maximam in uitarum historiis contexendis paginam merito constituere debeant. Qui enim res gestas magnorum uirorum nude latim enarrant, ii quidem primam satis dextre absoluunt historiae prouinciam, alteram tamen, & praefantissimam, prorsus negligunt, & frigidi nimium uidentur, utpote qui uitam communem parum iuuant. Est quippe boni Historici, non modo delectare, sed & prodesse legentibus, quod tamen in *Eiōyēaōw*, nostri seculi plurimis uel maxime desiderandum est, siquidem hi orbem eruditum onerarunt magis, quam expedierunt. Melius sibi haud dubie consulerent iidem, si in consignandis uitis disciplinas *αληνάς*, & Historiae subsidiarias sedulo conjungerent, quales pro diuersitate materiarum essent Geographia, Genealogia, Chronologia, imprimis autem studium Philosophiae ciuilis. Hac quippe ratione memorias personarum illustrium non modo conseruarent, quae profecto non ultima eruditionis pars est, uerum & uiuos adhuc ad meliorem reducerent frugem, quod uitam praesentem maxime beatam redderet.

III. Ad nostrum potius accessuri institutum pro. HENRICI. pius commemorandus uenit primo loco HENRICVS II. II. R. G. Rex Galliae, quem filium esse FRANCISCI I. natu se. Pater,

A. 3

cundum

6 III. HENR. II. R.G. NATALES. NOMEN. FORMA CORPORAIS ETC

cundum probe nouimus. Et hic est FRANCISCVS ille cuius animam cum PETRVS CASSTELLANVS, Matfconensis Episcopus, in oratione funebri dixisset, simul atque e corpore excessis se, protinus coelo receptam esse, perclitatus esset de vita, nisi cum uindi casset IO. MENDOSA, Collegii Praeses, illudendo accusatoribus, ac dicendo: FRANCISCVM ad purgatorium non morae facienda causa diuertisse, sed tantum, ut unum illac transundo a politatore pro more degustandum acciperet. b.) Genuit HLE cum coniuge prima CLAVDIA filios tres, primum quidem FRANCISCVM, qui tamen in prima aetate, annis scilicet XIX. uita ueneno priuabatur. i.) Secundum HENRICVM nostrum, ac denique CAROLVM, uiolenta quoque ratione, pestis nimirum contagio confeatum. Solus ergo HENRICVS II. patre defuncto manuit superstes, in cuius describenda uita occupamur. Non est autem nostri, ut multo opere descensum huius ipsius nominis inquiramus. MATTHAEVS quidem DRESSERVS sibi uidetur eundem optime indicasse: HENRICVS, inquiens germanica vox, idem est, quod domi diues, uel agrum suum colens. k.) Utque adeo HENRICVS iuxta hunc, idem sit, ac si germanus diceret Heim-Reich, qui domi multas possidet diuicias, quam quidem deriuationem auctori suo relinquimus. Sed missa uocis consideratione, conuertimus nos potius ad ipsam HENRICI II. personam. Et HVIVS quidem si externam formam species, habebunt omnino, de quo prolixe disputatione, quorum omne in coniectandis facie hominum propensionibus positum est studium. Statura quippe gaudebat fatis longa, atque erecta; Fronte item plana, ampla, lataque: Nasus IPSI erat admodum protractus, oblongus, & in medio paululum eleuatus, fineque aliquantulum incurvatus. Facies EIDEM a natura concessa erat rubicunda, in qua singularis grauitas, cum insigni comitate

Fratres.

Nomen.

Forma corporis.

imitate erat temperata. E quibus omnibus Physiognomiae studiosus haud dubie colligit, HENRICVM fuisse maxime gratiosum, magna enim frons humana est, si intra mediocritatem humanae mensurae contineatur, ait CLA-
RAMONTIVS. *l.)* Atque hoc ideo magis indubitatum esse putabunt, quo certius testimonium longanimitatis, tolerantiae, & patientiae oblongus nasus perhibet. Putant namque nasones esse prae coeteris ualde patientes, qui illatam contumeliam generoso perferant contemptu.
m.) De coetero tamen, neque erit disimulandum, EVNDEM etiam quandoque iracundum, & indignabundum fuisse, praesertim, quando amalis mentibus, quales tunc temporis erant DIANA, & GVISHI, incitaretur, ac pene impelleretur. Fuit IDEM praeципue temperans, fuit tamen etiam summe prodigus. Haec, inquam, omnia colligent, & qua partem iuspicabuntur homines, qui Physiognomiae multum tribuunt. Ac profecto, si ingenue fateri uolumus, quod res est, parum a ueritate discedere deprehendemus hoc ipsum augurium, siquidem non pauca & singularis gratiae, & stupenda patientiae, uehementis item iracundiae, modestiae porro & temperantiae, summae tandem prodigalitatis in EIVS uitae recentu prostant monumenta. Ut nihil de proclui EIVSDEM ad amores uertos animo impraesentiarum dicamus, quem nam satis clare indicasse arbitramur.

- b.)* THVAN, in Hist. L. III. p. 87. alleg. Io. LAETO Comp. H. V. c. XXXI. p. m. 357. *i.)* Euolue si placet MEZERAY Abregé Chronolog. Tom. JV. p. 594. & MEMOIRES de BRANTOME Tom. I. p. m. 335. seq. *k.)* MATTH. DRESSER, Isagog. Histor. Millen. V. p. m. 411. in margin. *l.)* CLARAM. de coniect. cuiusc, mor. L. VI. c. V. m.) uid. FRANC. UALESUM Philos. S. siue de iis, quae Physice dicta sunt in Scriptura S. p. 240. itemque BARTH. MAYERVM in Philol. S. p. 442. seq.

IV, In,

Acta.

Bella.

Statuta.

IV. Inter res ab *HENRICO II.* praecclare peractas, alii primo loco numerabunt bella, quae *ILLE* cum *MARIA*, Regina Angliae, cum Imperatore *CAROLO V.* eiusque filio *PHILIPPO*, Rege Hispaniae, geslit. Ac profecto uaria in iis occurunt, quae & virtutem, & uitia *HENRICI* quodam modo produnt, sed quoniam eorum recensus nimis prolixus est, omittimus eadem, Lectorem ad *THVANVM*, n.) qua bellum cum Anglis, & *UARILLASIVM*; *CABRERAM*, o.) aliasque, qua bellum cum Imperatore, & *PHILIPPO*, alegantes. Hoc unicum saltem hoc loco commemorare licebit, *HENRICVM* in hoc ipso bello cum Anglis *CALETVM*, fortissimum Picardiae portum, quo Angli annis C. C. XI. tanquam ianua, claqueque Galiae gausi erant, recuperasse demum, post tot tantosque Antecessorum suorum conatus frustraneos. p.) Prae coeteris uero laudem mereatur institutum *HENRICI*, quo in principio statim imperii sui labella blasphemantium, obdurare conabatur, serio mandato prohibens, ne quis nomen Dei duceret in uanum. Principis namque est, honorem tueri ipsius Dei, a quo sibi omne polliceri potest praesidium. Quod quidem factum citra omnem dubitationem respexit auctor *Imaginum regiarum*, *Lutetiae Parisiorum*, in Ponte S. Mariae extantium, quando de *HENRICO* nostro sequens tulit iudicium: *ORA IMPRIA LEGE REPRESSIT*. Cui egregio facinori iunges iure meritoque aliud, quo luxuriam suorum in uestiendo non modo ordini certo, anno clo. l. XLIX. publice proposito adstrinxit, sed & *IPSE* exemplo suo magis docuit eosdem, uestitu usus maxime modesto, simplici, & iuxta regulas continentiae summae composito. q.) Hac enim ratione maxima tandem conciliatur legibus auctoritas, quando uidelicet principes mandata, quae aliis seruanda tradunt, obseruant ipsi strenue. In quo Iapanensium quoque Reges, quod

quod forte miraberis, laudat *MANDELSLOHIVS*, r.) bona fide de illis enarrans, quod statuta imperii sui, & leges maiori in pretio haberent, quam ipsum aurum, maioriique cura illas custodirent, quam coeteras suas diuitias. Uerum enim uero, in hoc uirtutis stadio decurriendo non satis constans fuit noster *HENRICVS*, sed ad uaria prolapsus est praecipiti animo scelera. Ac lernam quidem malorum omnium, ut apud alios, sic apud *HENRICVM* quoque deprehendimus esse coniugium, non amore, sed aliis causis urgentibus aggressum. Habent quippe hoc matrimonia propter priuatum cominodum contracta, commune, ut plurimis quibusque malis referata sint casibus. *CATHARINAM* scilicet *MEDICEAM*, *LAURENTII*, Urbincensis Principis filiam duxerat in matrimonium *HENRICUS*, ad conciliandam Pontificis Romani amicitiam, cuius tamen *CATHARINA* laudes apud Historicos sunt admodum exiguae, siquidem non pauca, eaque diserta prostant scriptorum testimonia, eam a Pontifice R. inter quem, & ipsam consanguinitas quaedam intercedebat, *HENRICO* II. priusquam Desphinus, & Rex euaderet, ideo esse datam, quia, ut ait *THVANVS*, f.) ex Mathematicis cognoverat, natam eam exitio Patriae. Unde etiam Papa auus nullis parcerbat sumptibus, quibus hoc exitiū Patriae posset uendere, quod uel ex largissima dote, ab IPSO data *HENRICO* colligere est, quam *MATTH. DRESESRVS* r.) sequentibus expressit: Pontifex *CATHARINÆ* dotis nomine, praeter materna oppida in Auernis, largitus est centum millia aureorum, gemmas, uniones, & suppellectilem tori pretiosam. FRANCISCO autem patri cornu bicubi tale unicornis donauit.

n.) *THVAN.* in Hist. Lib. XIX, coll. MEZERAY. Histor. de France passim. o.) *UARILLAS.* Histor. de HENRY, II. L. III. p. 338. & L. IV. p. 246. & pag.

Coniugium.

417. CABRER. in Hist. PHILIPPII. Lib. IV. c.XXI.
SCHARD. in Narrat. Rerum sub FERDINANDO Ige.
 storum p. 2150. p.) BRANTOME Memoires Tom.
 III. p. 61. q.) Singulare prorsus est modestiae in usfl.
 tu exemplum, quod de HENRICO hoc II. allegat LAN.
 SIVS in Consult. Or. contr. Gall. p. 413. r.) MAN.
 DELSLOH. Indian. Reisebeschr. L. III. p. 240. f.)
 THVAN. L. I. cit. Io. LAET. comp. H. V. c. XXXI. p.
 357. z.) MATTH. DRESSER. Isagog. Hist. Mill. VI.
 p. 690.

V. Ex hoc adeoque coniugio, causa non satis legi-
 time impulsua contracto, ceu malo fonte, multa, uaria,
 & uere grauia propullular sceleris, quae per gradus
 suos obseruare licebit. Primus erit progressus ad amo-
 res alienos. Qui enim personam aliquam ducunt non
 uirtutis, sed diuinarum, aut rationis statutis amore com-
 pulsii, non possunt non eiusdem taedio post aliquod tem-
 pus affici, ubi eiusdem conuersatione familiari aliquo-
 tis usi sunt. In HENRICO hunc ipsum euentum claris-
 sime licet cernere. HIC enim a CATHARINA con-
 iuge conuertebat se ad DIANAM, Ducem Valentinoensem,
 cum qua per aliquot annos in concubinatu uixit.
 Ad amores autem peregrinos, qui prolabuntur, ad plu-
 rimam quoque eo ipso prolabuntur etiam mala iidem. Itaque
 HENRICVS, instinetu DIANAE, quae meretricum
 more ex aliorum detrimento emolumentum capere cu-
 piebat, contra Protestantes, igne, ferroque iterata uice
 faeuit, postulans, ut aut uitam cum morte, aut religio-
 nem paternam cum Papismo commutarent. Tria sunt
 uidelicet potissimum praeiudicia, quibus homines circa
 Religionem laborare solent. Quidam enim omnia,
 quae de Religione dicuntur, pro nugis habent, anili-
 busque fabulis accensent, atque eandem penitus reiici-
 unt.

Persecutio
Protestan-
tium.

unt. Alii religionem quidem adinittunt, non certam tamen definiunt, ut unam, p[re]a reliquis aestimandam, sed omnes, quotquot in orbe dantur, pari passu ambulare autumant, ita, ut una eademque in omnibus simul esset uia. Reliqui autem ab hoc duplici hominum gene- re discedentes, suam, quam profitentur, solam esse salutarem, afferunt, suam solam esse p[re]a omnibus amplectendam, atque inter omnes, extrema quoque ui propagandam esse, censem. Ad ultimam classem referendus est HENRICVS, quem a Protestantium persecutio- ne nullae preces, nullae prudentia persuasions, qua- les ab ANNABVRGAEO, & LVDOUICO FABRO suscipiebantur, nullae denique comburendorum commi- nationes futurae iustitiae Dei ultricis, reducere poten- rant, sed ferrum, ignum, omneque exitium multis, iisque auditu horrendis contestationibus miserrimo mi- natur coetui. Parile exemplum in historia sacra legere licet apud MATTHAEVM, u.) de HERODE II. An- tipa, Tetrarcha, qui quamuis coeteroquin IOHAN- NEM BAPTISTAM magni faceret, EVNDEM tamen, instigante HERODIA adultera capite priuabat, ui- taque.

u.) MATTH. cap. XIV. comm. 3. seqq.

VI. Sed missa HENRICI saecutia, missisque aliis, ^{Fata,} que EIVSDEM actiones concernunt, ad noua quaedam deueniendum est momenta. Proximum autem hic lo- cum sibi uindicant Fata. Ac profecto non omine caret ipsum regni auspicium. Quanquam enim pater HEN- RICI FRANCISCVS aliquo jam iam tempore esset de- functus, nemoque in capeſſendo imperio obſtaret, pro- trahitur tamen nihilominus a die in diem sub uariis praetextibus ipsa inaugratio, & coronatio, donec ea tandem die XXVII. menſis Iulii Rhemis, oleo famoſissimae Rhe-

mensis pyxidis consummaretur. w.) Uix tamen obtento imperio contra HENRICVM. Eiusque ministros, imprimis qui reditibus a salis negotio colligendis erant praefecti, insurgunt Guiennenses & Uascones, multosque ex illis magno tumultu turbante cruenta uia e uita discedere cogunt. Atque hoc tandem soplito periculo, nouum aliquod, illudque maximum capiti HENRICI imminebat. CABOCHIVS enim, Meldensis iuuenis, opposuit fese Regi, templum, ut sacris interesset, nunc intranti, ac uerbis non modo sanguinolendi, sed & ferro e uagina extracto mortem minatur EIDEM, quam quidem audaciam aliqui auctoris dementiae, conspirationi uero alii intentatae tribuunt. Adeo quippe HENRICVS nos docet, ipsos quoque Principes uariis, iisque quandoque satis periculosis casibus esse obnoxios, qui IPSOS facilissimo negotio e vita discedere iuberent, nisi potentissima manus DEI protectrix EOS seruaret. Hac igitur diuina afflentia fretus ALPHONSVS, Rex Arragoniae, saepe dicere solitus est: Utam summorum Principum, minime a conatus, & uoluntate suorum inimicorum dependere, sed singulari prouidentiae diuinae eandem esse commendatissimam. x.) Quo etiam respexit CAROLVS V. Imperator, qui Ministris suis, de globo tormenti ad pedes Imperatoris in castro Ingolstadiensi ab hostibus projecto, perterritis, animum reddebat, inquiens, non esse, quod timerent, rara namque esse, & plane nulla ferme per DEI gratiam exempla Imperatorum, per tormenta bellica occisorum. y.)

w.) Hanc Rheumeniem pyxidem columbam in CLODO-VAE baptismo attulisse, nonnulli sibi, aliisque persuadere uolunt. Euolue de ea BECMANNI Notit. Dign. diff. IV. c. II. Orta est de illa aliquando controuersia inter IO. IAC. CHIFFLETVM, & IAC. ALEX. TENERIVM, quorum ille disquisitionem de Ampulla Rheu-

menfe

mensi edidit, in qua auctoritatem eius adstruere conatus est, hic autem liberum de Ampulla Rhemensi illi opposuit. Legi etiam potest LIMNAEVS Not. Franc. L. I. c. XI. aliquae. x.) u. IAC. DAN. ERNST. Amph th. P. I. p. 25. y.) uid. MASENI Anim. Hist. L. VII. c. CL. Conf. IOVIS. Hist. L. XXXIV. f. 163.

VII. Deproperamus denique ad HENRICI II. Mors. mortem. Atque in hac describenda singulare quoddam de ea praefagium, occasionem, & modum mortis in me- Praefagium. moriam uocabimus. CATHARINA scilicet, regia coniux, futurorum maxime cupida euentuum, adscito LVCA GAVRICO, celeberrimo seculi praeterlapsum antecedentis Astronomo, quae fuit ex eo, quali mortis genere Rex ex hac uita sit discessurus? atque responsonem accepit: *Regem & alterum oculum, & ipsam uitam per duellum esse amissurum.* z.) Quod quidem augurium, quamvis ridiculum, & plane absurdum tunc uideretur omnibus, quoniam nullum sane periculum Regibus minarentur duella, ipse tamen euentus reddidit certissimum. Ita scilicet saepe solet accidere, quod nemo unquam spe-rauerat. In hoc tamen exemplo praesidium inuenisse putabunt fautores Astrologiae iudiciaiae, quo certitudinem istius artis stabiliant, & euincant, quibus tamen illud HORATII commendamus:

*Tu ne quaefieris (scire nefas,) quem mibi, quem tibi
Finem DI dederint, LEVCONE: nec Babylonios
Tentaris numeros: aa.)*

Occasio autem, quae HENRICO mortem attulisse, ac citius aceruisse uidetur, ex parte erant nuptiae duplices, una institutae. Composito scilicet cum Imperatore, & Occasio re-PHILIPPO bello, HVIC filiam suam ELISABETHAM mota. dedit in matrimonium HENRICVS, ad obsignandam denuo obtentam pacem, sororem autem suam MARGA-RETHAM coniugem eodem tempore tradebat PHI- LIBER.

LIBERTO EMANVELI, Sabaudiae Duci. In hisce
 ergo nuptiis Rex lethali uulnere percutitur. Conuer-
 tuntur scilicet saepissime etiam nuptiae, & sperata ab illis
 gaudia, in sumمام trifitiam. Sic etenim legimus, in-
 titutas esse aliquando singulari cum celebritate, in po-
 pulo Israelitico nuptias, in quibus maxima parhospitum,
 ipsaque sponsa ab hostibus irruentibus occidebantur.
 bb.) Et quem nostrum fugit, LADISLAVM, Hungariae
 & Bohemiae Regem Pragae subito, & in ipso aetatis flore
 esse mortuum, cum nuptias cum Principe filia CAROLI,
 Galliae Regis, meditaretur, quem casum aliqui ueneno a-
 lii autem citationi adtribunal IESV, a LADISLAO HVN-
 NIADE factae tribuunt. cc.) Praeclara prorsus sunt, &
 satis digna uerba, quae hic allegentur AEN. SYLVII qui
 deinceps nomine PII II. Papa Romanus inclaruit, qui-
 bus utitur de hoc ipso infortunio: *O imbecillum humanae
 naturae conditionem: O inanem mortalium gloriam: O
 coecas hominum mentes: quid iactamur? quid extollimur?
 Quid est, quod dignitates, opes, potentiam: tantopere flagita-
 mus? Perpetuo his frui cui datum? Ladislaus nobilissimus
 adolescentis, natus annos XIIII. in ipso flore, in ipso gloriae
 culmine, tot regnis, tot gentibus imperans, tot deliciis, totque
 opibus affluens, inter tot auxiliantium manus intratres horas,*
 postquam agrotare coepit, extinctus est. dd.) Proxima au-
 tem mortis HENRICI occasio deprehenditur esse torne-
 mentum, die XXIX. IVNII in honorem neogamorum
 suscepsum. Huic cum ipse interesset, multisque uici-
 bus uictoriā reportasset, a Regina autem, ut nunc tan-
 dem ab illo exercitio uacaret, admonetur Rex, denuo,
 & ex promisso IPSIVS ultima uice in honorem Reginae
 coniugis, cum GABRIELE, Comite Montmorensi, hoc
 tamen inuito, & aliquoties negotium detractante, con-
 greditur, uulnusque in capite accipit, hastae fragmento per
 galeam adacto in granium, cc.) tandemque die X. IVLII.

anno

Occasio pro-
xima.

Modus.

anno aetatis suae XL. moritur, conquestus maxime de iniuria Protestantibus, instinetu aliorum a SE illata. Non defunt auctores, qui in hoc HENRICI mortis, genere exemplum diuinæ nemeseos quaerunt, dicentes, Regem, qui in principio imperii sui duellum serium permisit, in quo alter occidebatur, per DEI iustitiam in duello Iudicro esse extinctum. Ita nimurum ea, quae recreationis causa fuscipiuntur, in summum abire solent detrimentum.

z.) GRATIAN. de Casibus virorum illustrium. aa.) HORAT.

L. I. Od. XI. bb.) uid. r. MACCAB. cap. IX. com. 41.

cc.) Confer BESOLD. Thesaur. Praef. uoc. Das Zhal
Bosphat. p. 42. & ZEILER. Epist. CCCXXIV. p. 371.

dd.) uid. BVCHHOLZER. Ind. Chronolog. p. 410. ee.)

MATTH. DRESSER. Isagog. Hist. Millen. VI. p. 190.

VIII. Extincto Regi HENRICO II. succedit in E. Connexio.
JVS locum FRANCISCVS II. filius IPSIVS, quem CA- HENRICI
ROLVS IX. frater fecutus est, donec anno clo. lo. LXXV. III. R. G.
fratribus emortuis imperium HENRICO III. defereba-
tur. Natus HIC est die XIX. Sept. anni clo. lo. LI. Patre Natales.
HENRICO II. matre CATHARINA Medicea, de qui-
bus in antecedentibus satis dictum est, nisi forte finem
CATHARINAE nosse cupias. Mors autem sub impe-
rio HENRICI, de quo iam agimus, die V. Januar. anno
clo. lo. LXXXIX. hanc omnis confusionis, & XXX. an-
norum turbarum in Gallia omnium matrem foecundam,
admodum placide, quod pauci expectauerant, e medio
tulit. ff.) Noster autem HENRICVS in principio uitae **Nomen**,
suæ dieebatur EDWARDVS ALEXANDER, atque Du-
cis Andium, siue, ut alii loqui amant, Andegauensis, &
deinceps Aurelianensis axiomate inclaruit. Sed placuit
EIDEM nomen illud initiationis suac cum hoc HENRI-
CI commutare. Quae nominum commutatio principi-
bus viris, a multis retro seculis fuit frequentissima,
praecipue Pontificibus R. cuius rei originem anno post
C. N.

C. N. CIV. SERGIOque II. P. R. tribuit PLATINA.
 gg.) E contrario autem alii Principes, interque hos LV-
 DOUICVS IX. R. G nomen suum, quod in principio
 aetatis acceperat, in tanto habebat pretio, ut si quid serio
 confirmare uellet, quod aliis multis facere solent iura-
 mentis, per nomen suum idem paeſtaret, hh.) Laudes
Indoles. HENRICI III. si quaerimus, EIVSque indolis delineationem, nemo eosdem unquam maiori studio, modo &
 pari fide, congeſſit MONLVCIO, Legato Gallico ad Polonos, qui cum primis depraedat HENRICI lenitatem, & mansuetudinem, singulare ingenium, experientiamque rerum tam ciuilium, quam bellicarum pene ab-
 ſolutiſſimam. In quo negotio MONLVCIVS anteces-
 forem habuit paruulum homunculum, pigmaeum, na-
 tione Gallum, per plurimum autem uitae ſuae ſpatium
 in aula Regum Galliae ſuſtentatum, ii.) Sed, ne quicquam
 diſſiteamur, uerum eſt, HENRICVM, priuſquam regno
 potiretur, fuſſe ſatis bonum, forte, prudentem, candi-
 dum: Neque tamen etiam eſt negandum, EVNDEM
 obtento uix regno in pefſimam quamque delapſum eſſe
 partem, & maxime libidinosum, uoluptuosum fuſſe, re-
 gni ſui oblitem, prauoque otio penitus ſubmersum: In
 fulmo insuper, quod aiunt, gradu prodigum fuſſe, ex
 eo appetet, quod magnas opes canibus paruulis, ſimiis,
 aliisque eiusmodi animalculis coemendis, & alendis, pes-
 ſime perdidit. Tantum ergo diſtabat HENRICVS III.
 poſtquam Rex erat factus, ab EDVARDO ALEXAN-
 DRO, Duce Aurelianensi. Sic namque fortuna homi-
 num mutat mores, qui non cogitant, fortunam eſſe vi-
 tream, quae cum maxime ſplendet, frangitur haud raro, ut
 que adeo AVSONIVS quemlibet praemonere cauſam
 habuerit:

Fortunam reuerenter habe, quicunque repente

Dives ab exili progrediſſe loco, kk.)

In quo

In quo sūi sibique similem HENRICVS habuit DOMITIA-
NVM, qui primis annis moderatus fuit in imperio, mox ad inge-
nitis pregressus uitia, libidinis, iracundiae, crudelitatis, avaritiae,
dicente EVTROPIO. II.) Vxorem duxit HENRICVS no-
ster ALOYSIAM, NICOLAI, DUCIS Mercerensis, & Comi-
tis Uandomensis filiam, quam tertio statim die, post inaugura-
tionem suam in consortium sumpsic & adiutorium mutuum,
ex qua tamen liberos uidit nullos, unde etiam Familia UA-
LES IORVM, quae CC. LXII. annis Galliae Reges dedit,
cum HENRICO nostro expirauit. mm.)

Coniugium

ff.) Ista quoq; CATHARINA ultimum uite sue diem iam dum in-
stare suspicabatur minime, certissime SIBI persuadens locum mor-
tis futurum esse situm in ea regione, quae a S.GERMANO nomen
acepit, siquidem tale nomen ceu fatale astrologi denunciaverant,
unde & SIBI maximo, quo poterat studio cauebat eodem. Sed pra-
dictio illa fecellit, aut potius CATHARINAE illusit, ille enim, qui
EANDEM officio suo paucis ante mortem iuusbatur clericus, nomi-
ne ueeniebat IVLIANI DE ST. GERMANI. gg.) PLATINA
in vita SERGI II. in princ. hh.) uid. HITOIRE de S. LOUIS,
coll. ACT. ER, ad ann. cl. I. C. LXXXIX. p. 454. ii.) u.
ANT. GRATIAN. a BVRGO de Uit. COMMENDONI, Card.
& Pontificii tunc in Polon. Legati. kk.) AVSON. Epigr. VIII.
u. VII. II.) EVTROP. Breu. Hist. Rom. I. VII. c. XV. p. 190.
mm.) u. Continuation der curieuxen Staats-Fragen vom rech-
tmäßigen successor der Spanischen Monarchie. Colon. 1700.

IX. Ad acta HENRICI III. progredior. Inter haec primo
loco in memoriam uocamus desertionem regni Polonici clan- Acta
destinam. Mortuo nimurum SIGISMVNDO AVGVSTO,
REGE Poloniae, HENRICVS opera imprimis MONLVCI, de
quo in proxime praecedentibus diximus, multa magno biau de
IPSO promittenis, elitur. nn.) Uix autem menses III. dies Desertio
XXVI. regnauerat, audita fratri CAROLI IX. morte, sua fuas Regni Polon.
matris CATHARINAE clam aufugit, nullisque precibus Rei-
publicae, per Camerarium regnimaiores, ad IPSVM delatis
reduci potuit. oo.) Proceres adeo, rebus sic stantibus HEN-
RICO solenni ritu, HENRICI tamen honori minus proficuo,
C abiu.

**Deletio
GVISIO-
RVM.**

abiudicarunt regnum, inque EIVSDEM locum STEPHANVM BATTORIUM, Transyluaniae Palatinum euixerunt. pp.) Deinde nobis pauca dicenda sunt de poena mortis, *GUISIS* a Rege inflicta. *HENRICUS* scilicet *GUISIUS*, uir elegans, blandus, atque astutus, multis successibus rerum fuarum elatus, REGEM contempnit, coniurationes contra EUNDEM aliquoties instituit, adeo, ut nimis manifestae essent factiosorum machinationes de Rege in monasterium trudendo. qq.) Ipsa quoq; Mon- penitentia, Guisiorum foror, uelstigia coniurationis edebat satis perspicua, dum fortipes aureos, a zona sua dependentes ostentans dicebat, fore, ut Rex breui tonsus in monasterium, tanquam regno indignus, truderetur. & eo dignior in regni solio constitueretur. rr.) Hac igitur, multaque alia contumelia Rex excitatus, iusto accensu zelo decreuit, *GUISIOS* esse delendos. Comitiis itaque *BLAESIS*, quae urbs in media Belsia sita est, conuocatis, coesi sunt *HENRICUS* & *CAROLUS* Cardinalis, Fratres *GUISII*. ff.) *ATESTINA*, Guisiorum mater satis pia, casum filiorum suorum fortissimo pertulit animo, Regem precata demisse, uelit concedere, ut liceret IPSI eorum corpora sepelire. Quibus Rex primum annuere uoluit precibus, montus tamen, ut caueret, ne per sepulturam, Guisii concessam seditionis plebis animus denuo excaretur, denegauit, & caduera eorum calce uiua comburi iussit. tt.)

nn.) u. THVAN. in Hist. L. LVI. oo.) IDEM. L. LVIII. & LXI. pp.) Conf. FREDR. in vita HENRICI p. 145. - 180. qq.) uid. LVD. LVCIVS Hist. Iesuit. L. IV. c. III. rr.) lo. LAET. Comp. H. V. cap. XXXV. p. 427. ff.) u. MERUL. Cosmogr. P. II. L. III. c. XXII. p. 379. MERIAN. Topogr. Gall. P. VII. p. 13. tt.) lo. LAET. L. D. p. ad. THUAN. Hist. L. XCII. & XCIV.

Fata.

